

G-F 1834

Tit. 47020 CB 1058370



VALLI SOLETANA CANONIZATIONIS B. PETRI REGALATI.

Facti.



Minentissime, & Reuerendissime Domine. Post factam Sanctissimo, & Sacra Congregationi a Sacra Rotæ Auditoribus, relationem de validitate processuum, ac heroicis virtutibus, & miraculis Serui DEI Fratris PETRI REGALATI, Ordinis Sancti Francisci de obsecracione: fuerunt in Sacra Ritum Congregatione approbati processus: pronuntiatumque fuit, illos esse in forma probantia: ac recte rite, & recte examinatos. Et successive, sub die 16. Novembris 1630, fuerunt approbatae virtutes in gradu heroico plenissime: acdemum de mense Ianuarij 1631, proposita causa à D. Cardinali de Torres in Sacra Ritum Congregatione, habita coram Sanctitate sua, super tribus miraculis, nempe leptimo in vita, secundo, & quarto post mortem, praetentibus, pro prima vice Confessoribus, & Theologis: quibus ex quo nesciebatur, qui essent, non potuerunt dati scripturæ: & propriea nulla capta fuit resolutio, nec in ista, nec in alijs causis hujusmodi: sed nisi datum fuit dari ipsis, ac Rotæ Auditoribus scripturas, & proponi cauam super eisdem tribus miraculis.

Quare proposita, ab Eminentissimo Cardinali de Torres, in domo Eminentissimi Cardinalis Pij, sub die 30. Augusti 1631, praetentibus ibidem triginta, & amplius personis eminentissimis: ne mpe DD. Cardinalibus, Auditoribus Rotæ, & Consuloribus; singulitque data fuerunt scripturæ in facto, & in iure, cum oppugnationibus, contradictionibus, motiis, & responsis: promotoribus Fiscalis 138. f. cum copia illius libri antiquissimi (cuius mentionem faciemus prope finem huius facti.) A quibus humiliiter peto, & suppliciter effligito, quatenus realument dictas scripturas, quæ si necessarium fuerit, iterum dabuncus in eas, quo velit satisficeri Eminentissimi DD. Cardinales, nuper designati: quandoquidem (insta Hispanum proverbiu[m]) qui soluendo paratus est, liber pignora offert. Articulus, & testes, qui probant, & ponunt id ipsum, quod articulo continetur sunt, omni exceptione, maiores, & indignitate constituti: videlicet Presbyteri, animarum curam habentes, Archipresbyteri, & Priores, quorum plures sunt 70. & 80. annorum, & amplius; qualiter iudices Religiosales testificantur: qui ex proprio officio e informauerunt, & omnium rationem Sanctitatis iure detulerunt, vna cum sententia tua; & suffragio, in quo dicunt, posse, absque dubio, in Sanctorum Cathalogo collocari. Summario num. 1. Quibus fides omnino debet adhiberi, maxime cum id fecerint conformiter, & iuxta mandatum Sacra Congregationis, contentum in litteris emisorialibus, quæ cum rotulo missæ fuerunt ad ipsos: ut ex illis constat.

Habita Congregatione, disceptatoque miraculo, quod in ordine relationis Sacra Rotæ, est septimum in vita, factum in persona D. Didaci Gomez de Sandoval, Nepotis Episcopi Palentini, (propt in articulo continetur) quamvis non alsiognat proprium nomen prædicti Episcopij: omnibus motiis, & difficultatibus, quas Promotor Fiscalis allegavit, fuit satisfactum ab Eminentissimi DD. Cardinalibus, & fuit approbatum miraculum ab ipsis: cui etiam sua suffragia dederunt Auditores Rotæ, & ceteri Consultores Sacra Congregationis: ut in Summario num. 2. excepto Promotore Fiscali: qui dixit, requireendas esse comparationes, & scripturas ant' quas familiæ: cui in hac parte non debet multum attendi, cù illius officiam sit, contradicere. Idem dixit P. Magister Sacri Palatij F. Nicolaus Richarde (alias Mollium noncaputus:) necnon, & P. Gavanto; (ted quid intertartos?) non atten-
dendopoli 180. annos, qui præterierunt, post patratum diarium miraculum, difficiliter pos-



se reperiit notitiam, etiam personarum eiusdem familie, quanto magis scripturarum, quae
eadem facile acceduntur, compunctur, & deficiunt: quando quidem eidem affectioni mar-
moreas iaceant, multo, adhuc minot temporis, patto.

Sed aduentorum, valde est, quod transactis quatuor annis, post habitam hanc Congre-
gationem, cum haic casu operato datem, tria in otia (Deo volente) nouiter inueni, quae
hucusque nullus adserit: quorum quodlibet sufficit quancumque difficultatem separare.

Primum motuum est, Chronographos antiquos Regum Hispaniae, in suis historijs, pos-
suisse D.D. Innicum Manrique, Episcopum Gionensem, & postea Archiepiscopum Hilpa-
lensem fuisse testem aliquorum miraculorum, qui propter intercessionem P. REGALATI
mirabilem Deus operatus fuit: quod quicquid neutrquam scirent, nisi haberent scripturas
authenticas, & fidocinas, ex quibus illud defuncti erent. In quo neque illorum successores id
tollerarent, maxime cum ad omnium notitiam deuenierit: si enim luce clarus non esset,
abque dubio fuisset oblitatum (vt in Summario num. 30.) Ratio est, quia D. Innicus
Manrique erat Frater D. Ioanna Manrique, Comitis de Callio, Matris D. Didaci Gomez
de Sandoval (in Summario num. 4. in calce illius, illis verbis: Qui tuus filius.) In quo fuit fa-
ctum miraculum: & cum esset Avunculus D. Didaci Gomez de Sandoval, prae nouit illum
gibbosum, deformem, & contrafactum, vt in articulo continetur; (vt in Summario num. 1.)
posteaque cognovit illum sanum, & illius: atque inde fuit testis huius miraculi, quod in
filio Iotoris suae operatus fuit Deus, propter intercessionem Dei REGALATI, sicut
antiqui Chronista notarunt, coniuncto addentes pugnatum Archiepiscopem esse eum eorum
fideicignum, vt a legendis plena fides acriberetur: cuius testis auctoritas supplet proba-
tiones, & scripturas antiquas familiæ, quas requirendas esse dixerunt P. Gauantes, & Ma-
gister Sacri Palatij Consultores, quando ceteri omnes Consultores, Sacra Congregatio-
nis, sua suffragia dederunt predicto miraculo. Cum enim hoc miraculum factum fuerit in
Conventu Aquileria, & D.D. Innicus Manrique Archiepiscopus Hispanensis existaret ali-
tans a predicto Conventu 130. leucas, verisimile non esset ipsum fuisse testem aliquorum alio-
rum miraculorum Patris REGALATI, nisi tantum huius, ut poterit, quod fuit factum in eius
consanguineo: quem prius infirmum, & gibbosum, postea velolanum, & illa sunt cognitit.
Hoc dum taxat (ni fallor) sufficiens erat, ad probandum hoc miraculum, & alia plura atti-
qua huius verui DEI. Neque etiam Catholica Regina D. Elizabeth illud testi-
ficiet in sepulchro alabastro, quod fieri mandauit, non ponendo aliquod aliud factum in illius mor-
te, nisi hec: quod clare denotat hoc miraculum fuisse, illis tenporibus, adeo celeberrimus, ut
omnibus esset manifestum: & hac de causa Regina venit in Aquileriam: & credibile est
fuisse rogata ab ceteris DD. familiae, & domus D. Didaci Gomez de Sandoval.

Secundum motuum est, quod eodem die, quo obiit P. REGALATVS, anno feliciter
1456. eius felicis mortis praelens fuit quidam famulus predicta D. Ioanna Manrique Matris
D. Didaci Gomez de Sandoval, in quo fuit factum miraculum: & hic famulus noncupatus
Rodericus de Rabe, meo videri, fuit testis ocularis: si quidem verisimile est, quod conita-
tus fuisse Dominum suum D. Didacum Gomez de Sandoval, cum constet ipsum fuisse
Matris illius, & ipsum extitisse in Conventu Aquileria, eodem die, quo obiit P. REGALATVS.
Pratecea constat, quod infra eandem habdomadam iter fecit in villam Torrecre-
mata, & ibi omnibus dixit miracula, quae euenerunt in parte illius, & le fuisse testem oculare.
Hic Rodericus de Rabe est alias testis ocularis, qui est optima comprobatio, & scrip-
tura antiqua familie. Et quamvis Seruus Dei alia forte miracula fecerit, nullius sit mentio,
nisi huius, de quo est termino: & ex consequenti (siquidem testis fuit miraculorum illius) cre-
dibile admodum est, testem fuisse huius, & hoc, simulcum depositione huius testis, rem
hanc evidenter reddere videtur: (vt in Summario num. 5.) ubi etiam considerari potest,
quod ista notitia revolvavit in perio da Simonis de Mazuelo, qui prelens fuit in villa Torre-
cremata, quando dictus Rodericus de Rabe narrabat, quod viderat in obitu P. REGALATI. Quod valde ponderandum est.

Tertius a motuum, & maiori ponderis est, quod in quodam antiquissimo libro, (cuius
Auctor noncupatur V. etios, qui de historijs Ecclesiasticis, & facinoribus predictarum, Hispa-
nia gestis sermones facit, temet, & iterum typis mandato: prima quidem vice sub anno
1511. secunda vero, sub anno 1527. ab hinc, ut appareat, plusquam centum, & triginta annis:) In hoc inquam, libro antiquissimo inueni (lib. 8. cap. 8.) ut in Summario num. 6. narrari
Sanctos Hispania perantiquos, & numero Sandorum ad scriptos: nempe S. Ildephenensem,
S. Do-

S. Dominicum, S. Antonium de Padua, S. Vicentium Ferrer; & plures alios illius temporis, veluti S. Raymundum, S. Resinandum Ordinis Prædicatorum: inter quos omnes collocatur P. REGALATVS, tanquam canonizatus, vel beatificatus. Vnde vel ex istim ait prædictus Author Seruum Dei esse canonizatum, vel beatificatum, vel minus pro cōperio, & indubitate habuit posse, ac mereri canonizari, vel beatificari: tāta erat fama sanctitatis illius, illis temporibus; alioquin non potuerit illum inter tot Sanctos, & in Sanctorum numero adscriptos; inter quos nullus alius possedit, qui vel canonizatus, vel latenter beatificatus non esset. Idem, cap. 5. ponit alios Sanctos antiquiores, vt S. Damatum Papam, cap. 6. S. Leandrum, & S. Isidorum Archiepiscopos His palentes, cap. 7. S. Toribium, & S. Dominicum Silentem. Et cap. 9. eiusdem lib. 8. refert plures alios Ieronimos Dei, qui non sunt canonizati, vel beatificati: qualiter sunt, qui in prædictis capitulis referuntur. Et quidem (ni fallor) Servus Dei Regalatus inter prædictos sanctos collocatus fuit, propter miraculum, de quo loquimur: quod cum in persona notabili euenerit, quals fuit D. Didacus Gomez de Sandoval, proxime celeberrimum fuit, & notabilissimus, quamlibet in persona ignobiliori euenerisset. Et concordat hoc factum cum eo, quod de D. Innico Manrique superius diximus, scilicet, quod cum Servus Dei in vita, & morte fuerit adeo præclarus sanctitate, & miraculis, ab omnibus habebatur pro Sancto. Sed quid mirum? si etiam vique ad præsentia tempora, huius sanctitatis continuata peruenit opinio, vt refert Choronica Aegydi Gonçalez de Auila, scripta anno 1618. ubi ait, Seruum Dei, ut postea Sanctum, ab omnibus illius plaga in colis venerari, (v. in Summario num. 6.) Et ita non mirum si iudices Remisitiales idem dixerint: & in tam præcipienti loco Regalatum collocaverit historia Valerij: quæ cum adeo sit antiqua tempore illius recenserat memoria sanctitatis eius; & etiam hæc litorum affirmet Sanctum ab omnibus reputari. Vnde gene dicere auferem, hanc per antiquam Valerij historiam miraculoſe inuentam fuisse, (Deo sic ordinante) vt plenius sanctitas P. REGALATI elucesceret: siquidem fuit inventa, inter quosdam pueros, qui dilcebant legere in hac civitate Neas politana: qui quidem liber, (vt ex ipso constat) totus pene erat infrastrata disiectus, pluribus litteris deturpatis marginibus; habet tamen principium, & finem. Et cum prædicta historia non fuerit reperta in virorum litteratorum bibliothecis, sed in puerorum potestate, illorum pedibus conculcata, absque aliqua illius notitia; cum que nos in Hispania, sed in Italia, quo tempore tanto nec esset abatur, quid mirum, si dixerim, speciali Dei prouidentia euenerit? Habet aliam excellentiam prædicta historia, quod scilicet in Hispania a nobilibus, & peritis nuncupatur liber veritatum: cuius rei perhibet testimonium Excellentissimus D. Ptorex; & constat infacto, alias enim iterum in primis eretur.

Supposito igitur, verum esse relatum in hisque, sciendum restat, quare Sacra Ritū Cōgregatio huic causæ finem non impossuit, ultimo decreto beatificationis, Serui Dei Regalati? Respondeo: causam fuisse, quod P. Antonius Daz, Ordinis S. Francisci, cōposuit quendam librum de excellentijs Vallis-Oleti, cum vita, & miraculis dicti Serui Dei: in quo narrat hoc miraculum (cap. 10. fol. 90.) non assignato tempore, in quo euenerit: ponendo hoc factum duobus capitibus, & temporibus; cum tamen in uno dumtaxat euenerit; nempe patrum ante illius chirum; & quamvis in facti substantia verum narrauerit, fuit tamen decepsus in circstantijs miraculi; nempe in personis Episcopi Palentini, & D. Didaci Gomez de Sandoval, vt inferius suo loco videbimus: & constat ex retractatione ipsius P. Daz, prælio mandata.

In eadem historia (cap. 12. fol. 102. atergo) postquam dixerat venisse Episcopum Palentinum, & dedisse extremamunctionem P. REGALATO, non discedens quoad hoc aēpositione testium (vt in Summario num. 1. & 7.) mouit quandam difficultatem, dicens: Aliqui aiunt Episcopum, qui extremam uincionem ministravit P. REGALATO fuisse D. Sanctum de Roxas: sed ex historijs reperiō D. Sanctum de Roxas obiisse triginta, & quatuor annis, prius quam obiit P. REGALATVS, & ita non potuit esse D. Sanctus de Roxas; sed D. Petrus de Castella, qui erat Episcopus Palentinus, quando obiit P. REGALATVS. (Et hoc fuit offendiculum, in quo innixum fuit, quodque suspicionem generauit: cui obdilectum temporis non potuit ea, quæ nunc, tali factio exhiberi: fuit enim hoc oppositum paulo ante congregationem.) Et licet verum sit, recte Dazam probare, non fuisse D. Sanctum de Roxas, etiam recte concludit, fuisse D. Petrum de Castella. Vnde difficultas, si bene perpendetur ab eo, qui in hoc terupulo innixus fuit, non consistebat in hoc, quod D. Sanctus de Roxas mortuus fuisse triginta, & quatuor annis, priusquam P. REGALATVS

fuisset, vel non; sed in eo: an aliquis erat Episcopus Palentinus, quando P. REGALATVS obiit: si enim nullus erat, non potuit interesse morti P. REGALATI, & qui hoc affirmabat conaisti manebant, & illorum probatio deficiebat: sed cum constet, aliquem tunc esse Episcopum Palentinum, ut probat P. Daza, ex histotis Hispania liqueat, & ex sepulchro alabastro constet: in quo ab hinc centum, & quinquaginta annis, & amplius ostenditur sculp-
tus praedictus Episcopus, & omnibus manifestus appareat: & ministrasie P. REGALATO Extremam vocationem, ut articulatum est, nihil refert, fuisse D. Sanctum, vel D. Petrum; & quidem si verissimum non esset, credibile non est Reginam Catholicam Elizabetham ad-
ducere leviter potuisse, ut scupli faceret, nisi illud plus serio perpenderet. Imo nec articulus,
neque testes dicunt nomen Episcopi, nisi testis 27. dum taxat, qui dixit appellari D. Sanctum
de Roxas (Summario num. 7.) Considerandum tamen est, quod dictus D. Sanctius de Roxas
fuit Episcopus Palentinus, tempore, quo Dei Servus viueret, (ut in Summario num. 22.) &
cum eadem dignitate functus fuisset D. Petrus de Castella, qui Sacramentum Extremaeu-
tionis Dei Servo ministravit quid miru si supradictus testis dixerit, quod praedictus Epis-
copus Palentinus D. Petrus de Castella appellaretur D. Sanctius de Roxas: præsertim cum
illis partibus, ubi dictus testis habitat, quam plurimi sint Oppidi Ducis Lermae, & memoria
dicti D. Sanctij de Roxas recentior sit, quam alterius cuiuslibet Episcopi, ut contanguinei
proximioris Ducis Lermae.

Eodem etiam modo, excusari poterit Notarius: nam si attente consideratur, nec dat, nec
facit fidem, quod Episcopus Palentinus, qui Extremamunctionem Servo Dei ministravit
nominaretur D. Sanctius de Roxas, vel D. Petrus de Castella: solum obliter dixit; nonnullus
esset, &c. (ut in Summario num. 7.) quæ omnia nullo modo nocere debent, cum nominis
error non noceat, si de corpore constat I. si quis infundi ff. de leg. 15. si quis in nomine insit. de
legat. I. in venditionibus, de contrahendis empt. cap. significante de rescrip. ubi I mol. & Abb. & in
cap. super litteris ibid. num. 3. Elapsis iam præteritis, post mortem Serul Dei, vique ad tem-
pus, quo factæ fuerunt probationes, annis circiter 180. vnde memoria Palentini tunc Epis-
copi facile potuit deficere, vnum pro alio nomendicens: in substantia autem, & veritate
miraculi cum ceteris testibus concordans, prout verum est concordare.

In super, quando Notarius, coram iudicibus Remisorialibus, relationem fecit illorum
omnium, quæ continentur in antiquissima illa pictura, quæ est in corpore Ecclesie, non di-
xit nomen Episcopi (propterea in Summario num. 17.) sed postea, quando ad visitandum
sepulchrum alabastrinum accessit, tunc dixit, nonnullos esse, qui dicent, Palentinum Epis-
copum fuisse D. Sanctum de Roxas: quod, si, pro certo, & indubitate haberet, non dixisset
illa dubia verba, videlicet, nonnulli dicunt. Vnde ex eo, quod in prima relatione nomen
Episcopi non dixerit; sed secunda tantum, aperte colligitur, id in aduententer fecisse, & scrip-
tisse: & propter ea indubijs nomen dicti D. Sanctij, plusquam nomen alterius, sibi in mentem
occurrit. Facit etiam, quod dictus Notarius, nec fuit de hoc requisitus, nec iuramentatus;
sed alementiplo dixit, quod dictum est supra.

Ad hanc etiam considerandum erit: nouum non esse in scripturis sacris illorum, quæ di-
uersimode enarrantur, & quæ inter se opponi videntur, conciliationem querere: vnde non
in merito adduci poterit illa oppugnatione, seu contrarietas S. Marci, & S. Ioannis Euangelist-
arum: primus enim hora tertia Christum D. N. Crucifixum fuisse dixit; secundus vero, ho-
ra sexta, crucifixum esse textatur: si ergo non concillarentur, dici possent sibi contrarios,
(quod absit) & ita inuestiganda erit potius conciliatio, quam damnatio: maximè, quando
circa rei substantiam, nec falsitas, nec variatio; sicut in modo, in aliquo inueniatur.

Reraterea, cum S. Ambrosius, Augustinus, Maximus, & alii Patres; imo Sancta Mater Ec-
clesia, pro certo teneant, quod quando S. Sixtus ad martyrium pergebat, sic affatus est Six-
to S. Laurentius: noli me de relinquare Pater Sancte, &c. Et S. Sixtus illi, non ego te desle-
ro fili, &c. Cumque aliquibus codicibus inueniatur Laurentium passum sub Decio, Sixtum
sub Valerio, neganda erit ob hoc tota historia praedicta, an potius discordes ad concordiam re-
uocare, sicut Ecclesia Sancta facit? Sunt etiā nonnulli affirmantes S. Catharinā Alexandrinā
martyrium subiisse in Maxentio, alii sub Maximino, erit ne propter hanc neganda passio illius?
Minime: cum Ecclesia hos Auctores conciliet, videns illos concordes in martyrii
substantia. Nec ab re, etiam circa nostri casus conciliationem, erunt perpendenda illa ver-
ba (Matthei, cap. 17. & Luce 9.) quæ opposita videntur; sicut enim Mathæus; & post dies octo
alii unipli lesus Petrum, & Iacobum, & Ioannem fratrem eius: Lucas vero ait: factum est
autem,

autem post hæc verba, fere dies octo, & assumpsit Petrum, &c. Vnde si hæc duo res simili-
nia conciliatione non reciperent, omnino essent opposita ex diametro. Præterea idem
Lucas (cap. 24.) sic ait: vna autem Sabbathi, valde diluculo, venerunt ad monumentum
portantes, quæ parauerant aromatha, &c. Et paulò post subdit: erat autem Maria Magda-
lene, & Ioanna, & Maria Iacobi, & cæteræ, quæ cum eis erant: Marcus vero (cap. 16.) cum
Matia Magdalene, & Maria Iacobi Mariam Salome etiam extitisse commemorat, nihil
prosersus de Ioanna aut cæteris mulieribus, dicens. Matthæus etiam (cap. 18.) de Maria Mag-
dalene, & altera Maria tantummodo loquitur, vñctionem istam reticens. Atque denique
Ioannes (cap. 20.) nec vñctionis meminit, nec aliarum mulierum, sed Magdalene tantum,
dicens: vna autem Sabbathi Maria Magdalene venit manè, cum adhuc tenebrae essent ad
monumentum: cum B. Marcus, orto iam sole Mariam fuisse ad monumentum, dicat. Quid
ergo? Concedenda ne forte hæc illatio? Euangelistæ Sancti minime conueniunt; ergo vera
non est suanarratio: absit. Sed facti veritatem inspiciamus, per Euangelistas narratā, ab uno
illo, ab alio illo, ab alteroque diuerso modo, & serie: hoc vnum attendentes, quod omnes
vnum it idem, licet diuerso modo affirmant, & testantur. Hincque S. Hieronymus prorum-
pit in hijs verbis: (lib. 1. com. Matthæi, cap. 9.) quare ex duorum varia narratione non bene
rei gestæ veritas denegatur; quam vnam esse, quis ambiget? Quandoquidem substantia in-
tacta permanet: & hinc impugnandi sumere occasionem, lubricam tantummodo mentem
indicat oppugnantis.

Sed videndum restat, quisnam fuisse Episcopus Palentinus amicus iutrinsecus P. R. E.
GALATI: cum P. Daza dixerit, fuisse D. Sanctum de Roxas. Sed ostenditur, ex infrascrip-
tis, fuisse D. Petrum de Castella, Nepotem Regis D. Petri, filium Infantis D. Ioannis; qui cū
esset detenus in Castello Soriæ duxit vxorem D. Eluiram de Eril, filiam Capitanis D. Bel-
tran de Eril; & procreauit dictum D. Petrum de Castella (vt Summario num. 8.)

Hic D. Petrus studio incubuit, in Vniuersitate Salmantina; vbi primitus fuit creatus Epis-
copus Oxomensis, prout fuit circa sexdecim annos, quo vñque fuit assumpitus ad Episcopatu-
mum Palentinum: & cū Conuentus Domus Deide Aquileria (in qua morabatur Dei Seruus)
esset in Episcopatu Oxomensi, contracta fuit inter ipsos amicitia, & familiaritas. Et cum
anno 1440. (scilicet duobus annis, antequam Seruus Deidecederet) fuisse promotus ad
Episcopatum Palentinum, (vt Summario num. 9.) & secundum Marianam, & Garibay de-
cessisset à vita anno 1461. (vt Summario num. 10.) verisimilius videtur dictum D. Petrum
de Castella, iam Episcopum Palentinum, tempore obitus Serui Dei, ad suam mortem ac-
cessisse, habita notitia de illius infirmitate, propter amicitiam contractam, dum esset Epis-
copus Oxomensis; & ob famam, & experientiam illius sanctitatis, interessendi gratia eius
morti, ac rogandi pro salute eius Nepotis, quem secum, comite fide, duxit: & gratia sanita-
tis receptæ, ac Serui Dei corpore sepulturæ tradito, habitum suum aportauit dictus puer
sanus, Epiloco consulente: qui postea (habito Deniaæ Marchonatu) illum possuit in capite
maioricatus Domus Deniaæ (Summario num. 23.) Quare dubitari non potest, D. Sanctum
de Roxas non dedisse Extremam vñctionem P. REGALATO; cum mortuus fuerit trigin-
za, & duobus annis ante ipsum: sicut nec dubium est, quod illam ipsi dedit D. Petrus de Caf-
rella, qui inter fuit morti illius. Vnde suspicium, quod in hac parte habitam fuit (nempè
nullum esse Episcopum Palentinum, quando P. REGALATVS obiit, & consequenter non
potuisse, illi Extremam vñctionem ministrare, nonque subsistere, quod articulatum est, sci-
licet, sic euensis) superatum est: conuictū manet in factō. Sicque transibimus ad illam aliam
difficultatem P. Daza: nimirum cap. 10. fol. 90. atergo: siquidem superata manet difficul-
tas, cap. 12. fol. 102. atergo. Summario num. 1. & 7. Dicitur in dicta P. Daza historia, narra-
ti, Dei Seruum fanasie D. Didacum Gomez de Sandoual, Nepotē D. Sanctij de Roxas Epis-
copi Palentini: ad cuius petitionem, illius confessionem audiuit, & in missa, quam celebra-
uit, eundem sacra communione refecit: atque ipsum Episcopum habitum Serui Dei secum
 deportasse, & in Maioricatu Domus Deniaæ reliquisse: necnon Reginam D. Elisabetham
Catholicam hoc miraculum sculpi fecisse in sepulchro, quod fieri mandauit ex alabastro
modo, & forma prædictis, (vt in Summario num. 11.) Sed quia hæc omnia indicta histo-
ria, narrata non eluent, prout inferius ostendetur, dici potest, & equiuocum à P. Daza habi-
tum, prouenisse ex hoc nomine D. Didaci Gomez de Sandoual, & Roxas: cum duo indiui-
dui, hoc nomine, appellati fuerint: primus scilicet, fuit Nepos D. Sanctij de Roxas; & secun-
dus D. Didacus, filius D. Ferdinandi, filii dicti D. Didaci senioris, Nepotis D. Sanctij de Ro-
xas.

xes. Unde creditur, P. Daza habuisse tantum notitiam supradicti D. Didaci, Nepotis D. Sanctij de Roxas, dum scilicet hunc fuisse a Dei Seruo sanatum. Veritas tamen sic se habet. quod hic Nepos D. Sanctij habuit praefatum filium, nuncupatum D. Ferdinandum de Roxas, qui habuit filium eodem nomine Aoi, nuncupatum D. Didacum Gomez de Sandoual, & Roxas, (vt in Summario num. 12.)

Plures rationes sunt, quibus esse non potuit Nepos D. Sanctij de Roxas. Primo, quia in antiquissima illa pictura, existente in Conventu Domus Dei de Aquileria, in quo recordatum est Servi Dei corpus, inspicitur miraculum, eo modo, quo evenit, & in articulo continetur; scilicet, Dei Seruus iacens in lecto moribundus, religiosis circumdatus: Episcopus induitus, & in actu ministrandi Extremamunctionem: alatere vero Episcopi puer genuflexus, manibus iunctis, cum inscriptione, D. Didacus Gomez de Sandoual, filius Comitis de Castro, (vt in Summario num. 13.)

Secundo, quia hic puer fuit filius Comitis de Castro, & primus Comes de Castro fuit Nepos D. Sanctij, & non fuit filius Comitis de Castro: propterea oculum patet, ex antiquissima pictura & inscriptione (Summario num. 12. 13. 14. & 21.)

Tertio, quia ex historia Haro (lib. 4.) apparet, dictum primum D. Didacum seniorem exercuisse officium Matricalli, Duciisque Generalis exercitus Infantis D. Ferdinandi, anno 1407, dum ipse haberet 23 annos, (vt in Summario num. 15.) quo tempore P. REGALATVS erat etatis 17. annorum; vt bene colligitur ex dicto Summario: in quo dicitur, D. Didacum seniorem Comitem de Castro vixisse 70. annis: & obiisse deobus annis, ante obitum P. REGALATI. (Summario num. 16.) Patrem vero Regalatum vixisse 66. annis: & obiisse anno 1456. duobus scilicet annis, post obitum dicti Comitis. (Summario num. 17) Et sic clare patet miraculum, non potuisse, evenire in persona praedicti D. Didaci; qui presumitur nequam eligi in Generalem exercitus suuensem, deformem, attractum, monstruosum, & inhabilem, & sic presumi debet esse sanum, & habilem: sanarique non potuit a P. REGALATO, tunc agente decimum leptimum annum, quo minime poterat habere qualitates, in historia narratas, & confessarium, nec Sacerdotem esse.

Quarto, quia stante ex supradictis, quod miraculum pueri, non fuit sequutum, nec potuit sequi in praedicto tempore: ex consequenti habetur, quod neque etiam D. Sanctius de Roxas Episcopus Palentinus in tali tempore habuit acceſsum ad Seruum Dei Regalatum in Aquileriam: nec potuit secum ducere dictum puerum.

Quinto, neque etiam D. Sanctius potuit habere habitum Serui Dei; scilicet P. Daza narrat in sua moderna historia, illum habuisse, & reliquie in Maioricatu Domus Denie: cum D. Sanctius non quaro fuerit Dominus Denie: sed illum obtinuisse D. Didacus senior, Nepos ipsius D. Sanctij post obitum eius, anno scilicet 1422. (vt Summario num. 18.) Et probatur ex eo, quod tempore obitus D. Sanctij, erat Rex Nauarra D. Carolus, Nobilis appellatus; qui decepit tribus annis post obitum D. Sanctij: nempe anno 1425. & successit in Regno Infans D. Ioannes, coniux D. Blanchae, filiae D. Caroli Regis: (vt in Summario num. 19.) Rex vero D. Ioannes concessit dicto D. Didaco seniori Oppidum Denie, (vt in Summario num. 20.) & sic non potuit D. Sanctius habere, neque relinquere habitum Domui Denie; quia tempore obitus D. Sanctij de Roxas Oppidum Denie erat Regis D. Ioannis Nauarra: posteaque fuit a Rege concessum illius Nepoti, longo tempore, post obitum dicti D. Sanctij.

Sexto, miraculum sanationis D. Didaci nullibi apparet sculptum, scilicet depictum, modo, quo P. Daza refert, assertens Dei Seruum celebrantem, & D. Didacum communionem reclipientem (Summario num. 11.) sed inspicitur sculptum, & pictum, vt supra. (Summario num. 7.)

Septimo, Item, quod habitum Serui Dei clare apparet, ex supradictis, non fuisse relictum a D. Sanctio: sed illum obtinuisse, & habuisse D. Didacum iuiores sanatum, qui primus Marchio Denie effectus, (vt Summario num. 12. & 21.) illum constituit in capite Maioricatus dicta Domus Denie; ad perpetuam tanti miraculi memoriam, gratitudinem, & REGALATI devotionem. Sed aduertendum est, illum non fuisse Marchionem Denie, nisi post 62. annos: scilicet post obitum D. Sanctij: & triginta post obitum D. Didaci senioris. Summario num. 16. 18. & 21.

Hic D. Didaco seniori, primo Denie Marchioni successit in Maioricatu dicti status, & Domus Denie D. Bernardus de Roxas, & Sandoual, eius filius; qui fuit secundus Marchio Denie, & primus Comes de Lerma. Summario num. 22. & quia super omnia astimabat habitum

bitum prædictum, illum pari deuotione seruauit, decentissime reconditum, sicuti successores gradatim fecerunt, & præcipue Dominus Dux de Lerma illum, in capsa argentea, reposuit in oratorio, tanquam reliquiam notabilem, & insignem in omnibusque suis necessitatibus Seruum Dei REGALALVM inuocabat apud Deum intercessorem, mediante ipsa reliquia, & gratias obtinebat, ut filia eius D. Duccissa de Peñaranda deponit (Summario num. 13.)

Ex his ostenditur, modernam historiam P. Dazę, quoad relationem huius miraculi in verisimilem, & errorcam esse; vt contraria historijs antiquis, picturis antiquissimis, ac testium depositionibus (Summario num. 1.) Quibus omnibus, illa reiecta, attendendum est: præcipue cum testes sint omni exceptione maiores; veluti iudices Remisoriales benè informati de eorum proprijs officijs, & auctoritate attestantur. (ibidem)

Deceptione igitur P. Dazę fuit, quod cum D. Sanctius de Roxas fuerit Episcopus Palentinus (Summario num. 22.) & habuerit Nepotem nuncupatum D. Didacum Gomez de Sandoual, in quo factum fuit miraculum: illum P. Daza referens, exprelit nomen Episcopi D. Sanctij, & non Nepotis D. Didaci. Vnde, si nomen non expresisset, & circumstantias imaginarias miraculi averitate non deolet. Siquidem concordat quoad identitatem miraculi, & personarum in omnibus; nomine Episcopi tantummodo excepto, quod possoit in loco nominis Nepotis.

In particulari autem constat in facto, cognatio Domini D. Didaci Gomez de Sandoual, cum D.D. Petro de Castella Episcopo Palentino: nam D.D. Henricus Secundus Rex Castellæ, filium habuit, vocatum D.D. Federicam de Castella: & iste quando n filiam D.D. Leonor de Castella nuncupatam: quæ quidem generauit filiam, vocatam D.D. Ioannam Marguerite de Castella, Comitissam de Castro: quæ mater fuit D. Didaci Gomez de Sandoual; in quo Deus miraculum fecit (Summario num. 4.) Vnde clare constat D.D. Henrique Secundum Castellæ Regem, & D.D. Petrum Regem, esse fratres: & consequenter D. Didacus Gomez de Sandoual erat, & appellabatur Castella, propter Regem Henrique Secundum: & D. D. Petrus de Castella Palentinus Episcopus, propter Regem D. Petrum, (vt in Summario num. 8.) in quibus facti veritas manifeste patet, & miraculi veritas aperte dignoscitur.

Nouum autem non est (Eminentissime Domine) hanc Serui Dei REGALATI causam contradictiones pati: & tanquam sol post nubila eluescere. Surrexit semel obiecto, antequam causa super tribus miraculis proponeretur, propter antiquissimum librum continentem 113. miracula, quæ Dominus fuit operatus in sex menses, post mortem dicti Serui sui, citatum à iudicibus Remisorialibus in actu visitationis archivii sui loci, vbi afferuantur litteræ: (procesu remisoriali, fol. 403.) qui liber non fuit compulsatus; quia iudicibus visum fuit iuperfluum, propter abundantiam allarum probationum; & cœla evitandi confusio nem tot librorum, & processuum. Hocque suspicionem generauit: timens prædictum librum non fuisse compulsatum; quia contineret aliquam contratietatem, super miraculis processus remisorialis: & Sacra Congregatione mandatum fuit, alpostari prædictum librum antiquum; propterea iuridice asportatus fuit originaliter: & recognitus in omnibus, auditoque fideli Promotorre, datae fuerunt copia illius singulis Eminentissimis, & Reuerendissimis D. D. meis Cardinalibus, Consultoribus, & Theologis. Et in Congregatione habita de mensie Augusti 1631. visum fuit 113. miracula dicto libro contenta esse diversa ab existentibus in procedure milioriali, & à Sacra Rota approbatis; & sic fuit satisfactum prædictæ oppositioni, velut ex iuperibus narratis, speratur satisficeri huic difficultati, ortâ ex historia moderna P. Dazę: cuius in hoc articulo nulla fides adhibenda est: sed stâdum historijs antiquis, & testium depositionibus, ut cognita veritate procedatur ad illius expeditionem, ad maiorem Dei gloriam, Seruique sui honorem, ac fidelium deuotionem, & consolationem.

Carolus Brancaclus.

10160



VALLISOLETANA CANONIZATIONIS

Summarium:

Num. 1.

*Articulus 29. ut in
processu. fol. 112.*

I Tem qualiter de anno 1456 tempore obitus dicti Serui Dei: cum fratres illi dare vellent extremæunctionis Sacramentum, illos docuit, ut expectarent; quia Dominus noster mittebat Episcopum Palentinum, ut sibi ministraret dictum Sacramentum: & statim pervenit dictus Episcopus, qui illi dedit extremam unctionem: qui Episcopus, cum duxisset eius Nepotem infirmum, & gibbosum, rogauit Dei Seruum, ut Deum exoraret pro salute dicti eius Nepotis; prout F. Petrus REGALATVS fecit: & statim infirmus ille sanus, & illas suscivit.

14. testis. Fol.	184.	18. testis. Fol.	219. aterg.
15. testis. Fol.	195.	19. testis. Fol.	228. aterg.
17. testis. Fol.	210.	03. testis. Fol.	080. aterg.
20. testis. Fol.	237.	04. testis. Fol.	091.
25. testis. Fol.	280.	05. testis. Fol.	098.
21. testis. Fol.	247. aterg.	12. testis. Fol.	161.
22. testis. Fol.	256.	13. testis. Fol.	173.
23. testis. Fol.	263. aterg.	16. testis. Fol.	204.
11. testis. Fol.	150.	06. testis. Fol.	106. aterg.
24. testis. Fol.	271. aterg.	07. testis. Fol.	116.
26. testis. Fol.	290.	08. testis. Fol.	122. aterg.
34. testis. Fol.	334. aterg.	10. testis. Fol.	141.
60. testis. Fol.	394. aterg.	58. testis. Fol.	389. aterg.

*Relatio Iudicium Re-
misorium, cum eo-
rum suorum Pro-
cessu. fol. 408. aterg.*

IN Villa de Aranda Durij die 6. mensis Aprilis 1628. D. D. Martinus Manso de Zafriga, Dei, & Sanctæ Sedis Apostolicæ gratia Episcopus Oxomensis, & a Cœliis suæ Maiestatis: & Doctor D. Alphonius de Portillo Thesaurarius Sanctæ Ecclesie Oxomensis, iudices Apostolici designati à Sanctitate suo; ad eff. dictum Beatificationis, & Canonizationis Serui Dei P. Fr. Petri REGALATI, Ordinis Sancti Francisci de Observantia, informantes Sanctitatis suæ, & dantes suum lusfragium conformiter ad rotulum litterarum Apostolicarum, cum quibus requisiti fuerunt, per id, quod viderunt, tam ex informationibus, quæ factæ sunt, quam ex eo, quod audierant, & viderunt, eum informati fuerint ex proprio officio, dixerunt: testes qui in hoc processu, & causa deposituerunt, iuxta tenorem interrogatorij in tertii in dictis litteris Apostolicis, & presentatis ex parte Procuratoris designati in hac causa; existimant, & procerro habent depositisse, & dixisse veritatem; quipè, qui sunt personæ bonæ conditionis, opinionis, & famæ, & boni christiani; & non dixisse aliquid contradic, quod eorum conscientia, ipsis dictauerunt: quia fuerunt vocati ad depo- nendum, & non venerunt sua sponte, sed censuris coacti: & etiam ex proprio officio disquisierunt ex diuersis personis omnium statuum, & conditionum opinionem, quam habuerunt, & habet prædicti Serui Dei F. Petri REGALATI: & omnes conuenient in eo, quod ex tempore immemorabili usque ad præsens absque contradicitione habitus fuit, & habetur pro Sancto: quod ex suis maioribus receperunt, & maiores ex suis progenitoribus: quem proinde veluti Sanctum venerantur, & ve- neratur; & cum affectu devotionis, & spe remedij in suis necessitatibus consequendi, eius sepulchrum inviserunt, & inuitunt: Vnde, tam propter hoc, quam quia vide- runt reliquias illius, & inuenta fuerunt ossa cum suavi odore, & fragantia, simul cum humiditate carnis: & propter communem opinionem, & antiquam traditio- nem sanctitatis eius: ne conon, quia ex dictis probationibus constat, Deum D. Nos- trum, propter intercessionem huius Serui sui F. Petri REGALATI, operatum esse, & nunc operari quam plura miracula, tam dum vixit, quam post illius obitum:

obitum maledicis ipsis videtur Sanctitate suam posse declarare, ipsum esse Sanctum, & illum in Sanctorum numero collocare, eodem modo, quo Sanctitas sua, cum similibus Sacerdotibus Dei, id facere solet. Episcopus Oxomensis. Doctor D. Alfonso de Portillo. Coram me Michael de Salcedo.

Num. 1.

Hoc inuenies in officio Secretariorum Rituorum.

Promotor fidei opponitur.

Decretum Eminentissimi
morum Cardinalium
aduersus oppositionem
nem Promotoris.

Promotor fidei iterum opponitur.

Ad quem Eminentissimi
Cardinales respon-
derunt, argumentum
suum multat corru-
se.

Num. 2.

Chronica Regis D.
Ioannis Secundi cap.
133. fol. 330.

Gasibay. lib. 4. cap.
26. fol. 919. exca-
sus in Ambeyes.

Num. 4.

Historia Alfonsi
Perei de Haro. tom.
I. lib. I. cap. I. fol. 8
Haro. tom. I. fol. 28
Haro. tom. I. fol. 305

Haro. tom. I. fol. 310
311 & 312.

Haro. tom. I. fol. 305
que ad fol. 313.

In causa Setui Dei F. Petri REGALATI. Rome die trigesima Augusti.

Anno M.DC.XXXI.

¶ Super 7. miraculo in vita, de aduentu Episcopi Palentini, & sanatione pueri gibbosus, & contorti instanti.

Primo opposuit Promotor fidei in probatione famae non fuisse scruta ea, quae notat Bartholus.

Verum Domini dixerunt opinionem Valde, in hac materia, iam diu esse recep- tam, & canonizatam in omnibus tribunalibus Curiae Romanae; & ideo ab illa non recedendum.

Secundo, videndum esse, an testes deponentes per verba Era. fu. & c. percutiant famam de tempore maiorum.

In eadem causa super septimo miraculo relato. Patres Consultores tenuerunt omnes, esse approbatum prædictum miraculum: exceptis P. Gauanto. Promotore fidei, & Magistro Sacri Palatij, qui dixerunt, requiriendas esse comprobaciones, ac scripturas antiquas familiæ.

Tempore huius præclarissimi Regis, in his Regnis Hispaniarum, fuerunt aliqui Religiosi valde notabiles, & relictis duobus, de quibus facta est mentio (nimis F. Vincentius Ferrer, qui in numero Sanctorum fuit relatus) fuit F. Petrus de Valladolid, filius REGALATI, de quo affirmantur magna miracula, tam in vita, quam in morte: & aliquorum fuit testis D. Innicus Manrique Episcopus Gionensis, & postea Archiepiscopus Hispaniensis, qui fuit homo valde notabilis, & fide dignissimus.

In hoc tempore fuit quidam Sanctus homo, nuncupatus F. Petrus de Valladolid filius REGALATI; ob cuius merita Dominus noster magna mirabilia operatus est, non solum in morte, sed etiam in vita: & multorum sanctorum miraculorum fuit testis D. Innicus Manrique Episcopus Gionensis, & postea Archiepiscopus Hispaniensis.

Rex D. Henricus Secundus de Castellæ, Frater Regis D. Petri de Castella procreavit filium; cui nomen fuit D. Federicus de Castella.

D. Federicus de Castella filius D. Henrici de Castella, habuit filiam nuncupatam D. Leonor de Castella: quæ nupsit Petro Manrique Adelantato Legionensi.

Petrus Manrique, Adelantatus Legionensis, duxit uxorem D. Leonor de Castella, filiam D. Federici de Castella: qui fuit filius Regis D. Henrici Secundi de Castella.

Adelantatus Legionensis Petrus Manrique, & D. Leonor de Castella, eius uxor, procreaverunt sex filios: secunda fuit nuncupata D. Ioanna Manrique, Comitissa de Castro, mater D. Didaci Gomez de Sandoual.

Quintus filius adelantati Petri Manrique, & D. Leonor de Castella fuit nuncupatus D. Innicus Manrique Archiepiscopus Hispaniensis, frater D. Ioannis Manrique.

D. Didacus
Gomez de San-
donal.

D. Petrus de
Castella Episco-
pus Palatinus.

Infans D. Ioan-
nes de Castella.

D. Leonor de
Castella.

Rex D. Petrus
de Castella.

D. Federicus
de Castella.

Rex D. Hen-
ricus Secundus
de Castella.

Num. 5.
Rodericus de Rabe
praesens fuit mortis
F. Petri REGALATI
anno 1456. in pro-
cessione anni quisimmo.
fol. 35.

In die quo P. REGALATVS obiit, aderat in dicto Conventu Aquileria quidam famulus D. Ioannæ Mandrique, Comitisla de Castro, nuncupatus Rodericus de Rabbe: & hinc eadem habdomada fecit iter in villam Turrecremaræ, ubi Patrem suum, simul cum alijs duobus amicis inuenit: & cum omnes simul cenam lumerent, ipsis narrare cœpit vitam mortem, & miracula B. Patris: & vnde ex illis hominibus, qui se debant ad mensam, qui appellabatur Simon de Mazuelo, officialis de Landamano dixit, te reliquie in domo tua, (qua distabat decem, & octo leucas) quendam filium suum, cum febri continua, qua die, nocte que laborabat sine intermissione. Audiens sicut ea, quæ Rodericus de Rabbe referebat, promissit in corde suo, se portatum fore filium suum, simul cum matre in Monasterium; ubi erat corpus P. F. Petri REGALATI: & sequenti de mane profecti fuerunt in Oppidum suum; & statim, ac peruererunt dictus Simon interrogavit, quendam ancillam suam de salute filii tui: quæ valde latente respondit esse sanum, & bonum, quia die Martis præterito ipsum febris reliquerat: & affirmauit prædictus Simon, quod in eadem hora, & tempore, quo a si in suo febris adempta fuit, & sanus evasit, ipsum P. Regalato commædauerat, & votum emiserat: & illico dictus Rodericus de Rabe venit in Monasterium dictum, & audiens narrare alia, quæ acciderant, hoc etiam ipse narravit.

Num. 6.
Valerius in hispania
Eusebius, &
actis Hispaniæ, lib. 3
cap. 8. fol. 71.

Sanctus Eugenius fuit Archiepiscopus Tolletanus: & post eius mortem in illius locum subrogatus fuit Sanctus Ildephonitus, eius Nepos. Sanctus Froylanus, & S. Aluitus homines sanctitate, & litteris illustres fuerunt Episcopi Legonenses. S. Attilianus fuit Episcopus Zamorensis. S. Idalentius fuit Episcopus Almeriensis. S. Valerius Episcopus Hoscensis, fuit homo magna sanctitatis, & scientiae, & Diaconatus ordine initiauit beatos Martyres S. Laurentium, & Vincentium. S. Dominicus eximus Doctor, natus Calarogæ Diœcesis Oxomensis. Sanctus Antonius de Padua, Olyspone natus, Ordinis Minorum: & S. Vincentius Ordinis Prædicatorum. S. Raymondus Ordinis Prædicatorum: S. Resinandus Ordinis Prædicatorum Hispanus. F. Petrus REGALATVS, Fratrum Minorum de Observantia, fuit homo sanctæ virtutis: cuius corpus sepultum est in Monasterio Aquileria: & propter illum Deus plura miracula operatus est, hisce nostris temporibus. His, & alijs plures Sancti, & virtutibus præclaris viri fuerunt ex Hispania, quos referre difficile esset.

Idem Valerius co-
dem lib. cap. 9.

Cum igitur dixerim de Sanctis scientificis, & studiosis hominibus, dicam de aliis quibus, qui alia opera meritoria, & studij fecerunt, qui non fuerunt in Catalogo Sanctorum collocati. Ita Valetius.

Historia Aegypti
Gonzalez Dabila de
aliquibus rebus no-
tabilibus, que inue-
niantur in Diœcesi
Oxonensi. cap. 2. fol.
5.

Infans D. Emmanuel extruxit in Peñafiel quoddam Monasterium Prædicatorum, in quo iacet corpus benedictæ S. Ioannæ, matris S. Dominicæ. Ordinis S. Francisci, est quidam Conuentus Aquileria nuncupatus; in quo sepultum est corpus B. P. F. Petri REGALATI, vita penitentis, sanctæ, & Indulxit à Cœlo: obiit, qualiter vi-
xerat, & habetur pro Sancto in tota illa plaga. Fernan Perez de Gazmara it, quod faciebat miracula, & ipsum fuisse testem aliquorum.

Num. 7.
Historia P. Dantz,
cap. 12. fol. 101.
atting.

Agnoscens vitæ Dei, mortem suam appropinquari, Sanctissimum Sacramentum incredibili deuotione recepit, & pluribus lacrymis, & extirahunctilitate veniam petiit a suis subditis, & quendam habitum praeperculum, & sepulturam, in qua sepeliatur, propter Dei amorem. Voluerunt Religiosi dare illi Extremamunctionem: cæterum Sanctus, cui nouum nō erat, præuidere oculis anima futura, quantumuis distantia dixit eis, ut expectaretur: quia Deus mittebat Episcopum Palentinum, qui sibi Extremamunctionem ministraret: adhuc verbam, continuo peruenit Episco-
pus, qui eam illi ministravit; & illius morti, simul cum fratribus adfuit.

Aliqui dicunt, fuisse D. Sanctum de Roxas Episcopum Palentinum, illius mag-
num amicum, & deuotum; sed reperio ex historijs obiisse sub anno 1422. trigesima, & quatuor annis, priusquam Sanctus; & ita non potuit esse illud: sed D. Petrus de Catella, Princeps Regis D. Petri, qui tunc erat Episcopus Palatinus, cum quo adim-
pleta fuit Profetia Sancti. Res adeò notabilis, ut Regina D. Elizabetha, illam sculpi, præcepit in illius sepulchro: in quo excusit fuit Sanctus infirmos in lecto, & Episco-
pus Pontificalibus induitus, habens Thyaram in capite, & illi Extrema munctionem ministrans.

D. 30. 171
BIBLIOTECAS DE LA UNIVERSIDAD DE VALLADOLID
DIAZ DE CASTILLA Y TROYA
D. 30. 171
Dixit



Refus. 27. fol. 196.
Iuper. aut. 29. Dixit hic 27. testis, quod per picturam antiquissimam, quae est in Conventu de Aquilera, constat, de miraculo, contento in articulo, ultra quod similiter est in sepulchro alabastrino sculptum, & grauatum, in quo est reconditum corpus F. Petri REGALATI. Et hoc miraculum, ita notorium est, commune, & publicum apud omnes, ut videatur id ipsum omnes vidisse: & ita habetur, secundum antiquissimas traditiones. Est etiam similiter ibi, quod cum Palentinus Episcopus, qui appellabatur D. Sanctius de Roxas, secum duceret quandam Nepotem suum, nimis gibbum, infirmum, deformem, & contrafactum, rogauit dictus Episcopus Seruum Dei, ut pro illo Deum oraret, quod ei sanitatem concederet: quod cum S. fecisset, & orasset (hic testis intellexit a P. Peralta a se citato) continuo auditum fuisse, unum quodque os supradicti Nepotis reddisse ad iuncturam suam, statimque sanum, rectum, & sine deformitate, dictum Nepotem remansisse: & hoc idem miraculum esse de pictum in duobus locis, a se citatis: & hoc respondit.

Fides Notarii in visitatione sepulchri.
fol. 404. aterg.

Similiter etiam innocentum fuit, intus in corpore Ecclesiae, quadrum unum grande, antiquissima pictura; & in medio illius, est depicta effigies Sancti, in lecto iacentis, & multi Religiosi, qui cum circundant, & unus Episcopus Extremam vocationem ei ministrans: & ad latus Episcopi, est quidam puer, genuflexus, iunctis manibus, & cum quadam inscriptione, dicente: D. Didacus Gomez de Sandoual, filius Comitis de Castro; qui dictus puer, eundem esse constat, sculptus est, in sepulchro P. REGALATI.

Notarius in visitatione sepulchri Serui Dei. fol. 403. aterg.

In secundo quadro alabastrino in est effigies dicti B. Petri REGALATI, in lecto iacentis, & quandam Crucem in manibus habentis, cum multis alijs Religiosi circumstantibus, & quodam Episcopo, quem aiunt, esse Episcopum Palentinum, & quod appellatur D. Sanctus de Roxas: quodque similiter demonstrat; quia cum vellet praedicti Religiosi, dare Extremam vocationem dicto Seruo Dei F. Petro REGALATO; ipse respondit, ut nullatenus darent; quia Dominus mittebat Episcopum Palentinum, ut subi eam dare: & statim peruenit Episcopus dictus, ac illi praedictum Sacramentum ministrauit.

Frater Luca Castellini Ordinis Prædicatorum. cap. 6. fol. 327.

Sed quia ad omnia supradicta, in casu nostro, adduci poterit doctrina Reuerendi P. F. Lucae Castellini Ordinis Prædicatorum, in suo Elucidario Theologorum, ad Sanctissimum D. N. Urbanum PAPAM VIII. directo, ac Romæ impresso anno 1628. illam uti doctrinam utilem, & in casu nostro considerandam, proponam: quæ tenoris est sequentis. Si quis vero iterum instet, quod aliquando potuit accidere, & forte accidit calus, quod unus, vel plures iudice examinati, in processibus compilatis, ad effectum Canonizationis alicuius famuli Dei, factum deposituerint, circa aliud quod factum miraculosum, facilime responderet, ex præcitatis verbis D. Thomæ, bene intellectis, & diligenter ponderatis, dicendo: quod error (de quo in arguento) non fuit, nec esse potuit causa sufficiens, siue totalis, immo neque partialis in ordine ad Canonizationem: non totalis, quia non evenit circa virtutes, quæ sunt potiora fundamenta sanctitatis Canonizandi; nec partialis, eo quod consimilis error non fuit, nec esse potuit (maxime propter superius adducta, cap. 3.) circa omnia miracula recentia de iusto Canonizando; sed circa unum, vel alterum tantum: hac tamen animaduersione, quod falsitas, quæ intercessit, modo declarato, siue factum illud fallo assertum, neque in minimo, negotium Canonizationis adiuvuit, seu promonit; sed ex alijs miraculis certis, & indubitatis, ac sufficienter probatis processum est ulterius in negotio Canonizationis. Imo Deus, qui verax, & veritas est, non permittit unquam, id occultum remanere; sed vni, vel pluribus patet facta est falsitas, in tali casu, non vera deponentibus, sub specie pietatis.

Num. 8.
Hab. lib. 4. fol. 169.
tom. 1. cap. 4. E 11.
vita. tom. 2. lib. 19.
cap. 11. fol. 194.

D. Beltran de Eril, Præses Castelli Numantia (vulgo Soria) habuit in custodia D. Ioannem, de mandato Regis D. Petri de Castella, pannis eius: qui D. Ioannes cum in carcere detineretur, duxit vxorem D. Eluitam de Eril, filiam prædicti Præsidis: & ex hoc matrimonio, procrearunt filium, qui appellatus fuit D. Petrus de Castella, Pronepos Regis D. Petri.

Num. 9.
Chronica Regis D.
Ioanni Secundi. cap.
17. fol. 202.

De anno 1437. D. Petrus de Castella Pronepos Regis D. Petri, Episcopus Oxfensis delponuit Principem D. Henricum, & infantam D. Blancham de Nanarra: quorum unus, & alter erant aetatis duodecim annorum.

Mariana. tom. 2.
cap. 12. fol. 289.

De anno 1437. Cum magna latitia fuerunt celebratae nuptiae Principis, & D. Blacha: quos delponuit Episcopus Oxfensis D. Petrus de Castella persona notabilis, & Regis sanguinis.

*Garibay. lib. 16.
cap. 27. fol. 1119.
et lib. 17. cap. 10.
fol. 1155.*

Num. 10.

*Marianna. tom. 2.
cap. 3. lib. 23. fol.
360.
Garibay. lib. 17.
cap. 7. fol. 1172.*

Num. 11.

*Historia P. Dax.
cap. 20. f. 90. recte.*

Num. 12.

*Marianna. tom. 2.
lib. 18. cap. 7. fol.
593.*

Num. 13.

*Procesus remiso.
yalis. fol. 405.*

Num. 14.

*Choronica Regis D.
Jean. Secundi. cap.
84. fol. 221. aterg.
Marianna. tom. 2. lib
20. cap. 7. fol. 229.
Marianna. tom. 2. lib
18. cap. 7. fol. 592.*

Num. 15.

*Haro. lib. 4. tom. 1.
cap. 3. fol. 157. Ma
rianna. tom. 2. lib. 19
cap. 16. fol. 201. &
203. Garibay. lib. 16
cap. 1. fol. 1072.*

De anno 1454. Quando mors Regis D. Ioannis Secundi per Regna fuit publicata, inter Ecclesiasticos, qui venerunt, condolentes, ad Reginam vobis fuit D. Petrus de Castella Episcopus Palentinus.

Vallis-Oleti de anno 1461. D. Petrus de Castella, prius Episcopus Oxomensis, & postea Palentinos obiit lapsus a calazcū a cederet intueri fauricā, quā faciebat.

Obiit in his diebus, anno 1461. D. Petrus de Castella Episcopus Palentinus, propter delapsum ex quibusdam licalis: per quas ascenderat videre certam operam, quæ in eius domo fiebat.

Erat Episcopus Palentinus per hoc tempus D. Sanctius de Roxas, postea Archiepiscopus Tolletanus, magnus amicus Sancti: qui habebat Nepotem nuncupatum D. Didacum Gomez de Sandoual, contra factum, & gibbolum a nativitate, ita ut cum duobus baculis ambularet, alienisque manibus comedenter; nam propria erant contrafactæ, & eas mouere non poterat: unde nullius erant virilitatis. Hoc cum cerneret Episcopus, & mirabilia, quæ Deus operabatur propter suum seruum, decrevit, Nepotem ad Seruum Dei adducere; & Sanctus præcepit ei, ut conficeretur, & recipere Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum: & quoniam deuotus Eques id ab eo petivit, ipse Sanctus audivit confessionem eius, & in sua Missa illi ministrauit Eucharistiam, finitaque Missa, quidam sudor frigidus superuenit illi, cum maximis doloribus, & veluti mortuus mansit: sed illico ostendit Deus mirabilia sua; nam ad Episcopi præsentiam, & aliarum plurium personarum, relictis ibi baculis, surrexit tanus, insilens præ latitia Episcopus reddidit gratias Deo, & Sancto: ob nimiamque devotionem, quam erga ipsum habebat portauit eius habitum, & possuit illum in Maioricatu Domus Deniae.

Fernan Gutierrez de Sandoual, Comendatarius maior de Castella duxit vxorem D. Agnetem de Roxas, sororem D. Sanctij de Roxas Archiepiscopi Tolletani: ex hoc matrimonio natus fuit D. Didacus Gomez de Sandoual, primus Comes de Castro, Adelantatus maior Castellæ, Eques valde notus propter suum valorem, & peritiam in bello, atque etiam propter sua infortunia: qui duxit vxorem D. Beatriz de Auellaneda, habuitque filium appellatum D. Ferdinandum, qui fuit ætate maior suorum fratrum, & hæres domus suæ; qui duxit vxorem D. Ioannam Manrique, & ex hoc matrimonio natus fuit D. Didacus Gomez de Sandoual, cui Rex D. Ferdinandus dedit titulum Marchionis Deniae.

Duxit vxorem Comes D. Ferdinandus de Sandoual D. Ioannam Manrique, & habuerunt filium nuncupatum D. Didacum de Sandoual, & Roxas, tertius Comes de Castro, qui in sua domo successit.

Ita etiam inuentum fuit, intra corpus Ecclesiarum, quoddam quadrum magnum, antiquissimæ picturæ: cuius in medio est depicta effigies Sancti, iacentis in lecto, circundati pluribus Religiis, & quidam Episcopus, qui illi Extrémamunctionem ministrat, & res alia ad hunc effectum præparatæ; & ad latus Episcopi, est quidam puer genuflexus iunctis manibus, tenui positis, cum quadam in inscriptione, quæ ait: D. Didacus Gomez de Sandoual, filius Comitis de Castro: qui puer constat, esse eundem, qui sculptus est in sepulchro alabastrino S. REGALATI, & quem Deus sanauit propter intercessionem Sancti.

De anno 1466. Rex D. Ioannes de Nauarra dedit Villam de Castrogeriz Adealantato D. Didaco Gomez de Sandoual: & Rex D. Ioannes Secundus ipsum honorificauit titulo Comitis de Castro, ut perpetuo cæteris successoribus eius remaneret: & Rex Nauarra fecit ludos festos, & de cætero Chronica appellat illum Comitem de Castro.

Fernan Gutierrez de Sandoual duxit vxorem D. Agnetem de Roxas, sororem D. Sanctij de Roxas Archiepiscopi Tolletani: ex hoc matrimonio natus fuit D. Didacus Gomez de Sandoual, primus Comes de Castro.

Remansit Infans D. Ferdinandus Tutor, & Gouvernator horum Regnum, Seniorini Regis D. Ioannis Secundi, eius Nepotis: & statim, ac guvernare excepit, fecit quandam insignem, & exlmiam oppugnationem in Regu Granatæ: ad caius effectu, præcepit afferri ex Hispania gladii gloriosissimi Regis D. Ferdinandi, cognomēto Sancti, illius Aui, sub anno 1407. & designauit Ducem Generalem sui exercitus, ad hoc bellum inferendum D. Didacum Gomez de Sandoual, Equitem valde animolam, viginti trium annorum ætatis: qui semper hunc validum Infantem fuit comitatus.

Obiit

Num. 16. Obiit hic validus Comes de Castro, D. Didacus Gomez de Sandoual (veluti legitur in Fernan Perez de Guzman) aetatis sua anno 70, & secundum Hieronimam de Zurita in suis Annales sub anno 1454.

Marianna, tom. 2. lib. 2. cap. 16. fol. 157. Sub anno 1454. Obiit D. Didacus Gomez de Sandoual, Comes de Castro quando majori instantia, agebat caulam præ tensionis suorum statuum.

Chronica Regis D. Isidori Secundi, cap. 15. fol. 340. aetate. D. Didacus Gomez de Sandoual, Comes de Castro, fuit eximus Eques Rex D. Ioannes de Nauarra dedit illi Comitatum de Castro, & Deniam. In Aragonia obiit septuagenarius.

Ex E. libro de Lilibona. Episcopo Portuensi in Chronica Reali p. 3. cap. 3. lib. 3. fol. postumo. In Conventu Aquilaeæ ab hac vita migravit ad Dominum F. Petrus REGA LATVS, die Martis, quæ annum 1456, conclusit. Quam fuerit accepta Deo vita illius, maxima relantur in Iracua, quarto ab obitu illius mense, sub sequuta.

In sua relationem Rota, fol. 31. Nam, ut plurimum scilicet anno 1456. diem clausit extremum miraculi quo cœruleate caput.

Num. 18. De anno 1422. Hæc laitia fuit aliquantum diminuta, cum morte Archiepiscopi Toletani D. Sancti de Roxas: obiit Compluti, post diuturnam quandam infirmitatem, die 21. Octobris.

Mariana, tom. 2. lib. 24. fol. 240. cap. 14. fol. 196. Die 21. mensis Octobris, de anno 1422, die Mercurij obiit Compluti D. Sanctius de Roxas, Archiepiscopus Tolitanus.

Chronica Regis D. Ioannis Secundi, cap. 55. fol. 150. De anno 1422. Cum elet Rex Compluti, obiit Archiepiscopus Tolitanus, D. Sanctius de Roxas, & lepatus fuit. Octoleti.

Num. 19. Die octavo mensis Septembri, de anno 1425. obiit Olite D. Carolus, Rex Nauarra, cognomeno Nobilis: ad se fit eius mortuus D. Blanca, eius filia, vxor Infantis D. Ioannis de Nauarra. Ibi natum, ac eius Pater mortuus fuit, natus marito suo, in signum successionis Vexillum Regium, cum quo in exercitu, in quo erat, Rex Nauarra accipitatus fuit.

Marianna, tom. 2. lib. 24. fol. 169. Sub anno 1425. mensi Septembri, obiit Rex Nauarra D. Carolus. in Villa Olite: hæreditavit Regnum Infans D. Ioannes de Nauarra, eodem anno, quo ficer eius mortuus fuit. Perueniens nouus Rex Nauarra ad Roam, Rex D. Ioannes Secundus illum sollemniter receperit.

Num. 20. D. Didacus Gomez de Sandoual fuit valde faetus à D. Ioanne Rege Nauarra: cuius, & illius fratri Infantis patrem, lequutus fuit in perturbationibus, quæ annis precedentibus acciderunt; quod fuit caula amittendi status, quos habebat Cattellæ, & acquirendi Villam de Denia, quam illi dedit ipse Rex D. Ioannes de Nauarra.

Marianna, tom. 2. cap. 15. lib. 22. fol. 339. De anno 1454. Iam erat mortuus Comes de Castro D. Didacus Gomez de Sandoual: & eius corpus sepultum fuit Borgæ. Priusquam moretetur, in præmium fidelitatis, quam habuit, erga Aragonenses, dederunt ipsi Deniam in Regno Valentia, & Lermam in Cattella veteri: & hæc opida reliquit filio suo D. Ferdinandu.

Num. 21. D. Didacus Gomez de Sandoual, tertius Comes de Castro, succedit in domo, & statu Comiti D. Ferdinandu, Patri suo, sub anno 1474. quem Reges Catholici honorauerunt titulo benemerito Marchionis de Denia, cum elet Cordubæ, ubano 1484. & filium eius D. Bernardum de Roxas, & hæredem sui status, titulo Comitis de Lerma.

Marianna, tom. 2. lib. 24. fol. 161. Obiit Marchio Denia D. Didacus Gomez de Sandoual, in sua Villa de Lerma, anno 1502. & sepultus fuit in Sancto Petro illius Villæ.

Caribay, lib. 19. fol. 146. Obiit Didacus Gomez de Sandoual, anno 1502.

Num. 22. D. Bernardus Sandoual, & Roxas, vaicus huius nominis, secundus Marchio de Denia, & primus Comes de Lerma succedit D. Didaco, Patri suo, anno super prædicto 1502.

Caribay, lib. 20. cap. 9. fol. 145. D. Bernardus de Roxas, & Sandobal Marchio de Denia, erat valde faetus, & amicos Regis D. Ferdinandi.

Caribay, lib. 16. cap. 8. fol. 103. De anno 1450. D. Sanctius de Roxas erat Episcopus Palentinus; cui Pontifex Benedictus dedit Archiepiscopatum Toletanum, ad præces Reginæ D. Catharina, & Regis D. Ferdinandi; qui vacabat, morte Archiepiscopi D. Petri de Luna.

Marianna, tom. 2. lib. 26. fol. 124. Domina

Num. 23. Domina D. Francisca de Sandoval, & Roxas, Duxissa de Peñaranda dixit quod secundum magnam famam, quæ erat Sanctitatis Sancti REGALATI, habebat procerto, ipsum esse canonizatum: & quod erat valde magna deuotio, quam patet, & mater Excellentia sua habebant, erga istum S.P. REGALATVM: & quod secum semper afferebant quandam habitum illius, quem habebant in quadam verna argentia, pto reliquia, semper in Oratorio: & cum iter faciebant, semper illum secum portabant, ponendo iu hoc curam valde specialem. Est quoties D. Duxissa de Vzeda parturiebat (vt Deo dante, bonum partum haberet) ipsi semper afferebant dictum habitum S. REGALATI; cum quo, magna cum felicitate pariebat. Et mater Excellentiae sua idem faciebat, cum parturiebat, & alijs infinitatibus laborabat. Est pater Excellentiae sua in praedicto habitu fiduciam habebat eximiam.

Thiobaudus E. m. o. C. R. m.
CARDINALIS DE

Carolus Brancacius.

VALLESOLETANA

Recapoli per Aegydiū Longū. Anno M.DC.XXXIV.

Serui Dei

Cum facultate Superioris.

B. PETRI REGALATI

Oridinis Sancti Francisci
de Operariis

Summisimis Regum

EMIN. MIS & R. MIS

DOMINIS

CARDINALIBVS

Sacré Congregationis
Rituum.

Proponente Em.^{mo} & R.^{ma}
CARDINALE DE

VALLISOLETANA
CANONIZATIONIS

Serui Dei

B. PETRI REGALATI

Ordinis Sancti Francisci
de Observantia.

Summarium, & Factum.

